Oratio.

Exaudi, quæsumus Dómine, preces nostras, quas in beáti Juliáni Confessóris tui atque Pontíficis solemnitáte deférimus : ut qui tibi digne méruit famulári ☩ ejus intercedéntibus méritis, ab ómnibus nos absólvas peccátis : Per.

DIE XXVIII. JANUARII.

IN TRANSLATIONE S. THOMÆ AQUINATIS.

TOTUM DUPLEX.

Omnia ut in Festo ejus præcipuo, die vij. Martii, præter hic posita.

IN I. VESPERIS.

Ad Magnif. Ant. j. toni.

O Thoma, laus et gló- ri- a Prædi-



ca-tó- rum Ordi- nis, nos transfer ad cæ- lé-sti- a,



pro-féssor sa-cri Númi- nis. Cant. Magní- ficat.



e u ó u a e.

In j. Vesperis Mem. S. Agnetis secundo per Ant. Ista est. et ℣. Diffúsa est., de Communi unius Virginis.

Oratio.

Deus, qui nos ánnua beátæ Agnétis Vírginis et Mártyris tuæ solemnitáte lætíficas : da ut quam venerámur offício ☩ étiam piæ conversatiónis sequámur exémplo : Per.